REGNI CHINEN-SIS deſcriptio.

Ex Varÿs Authoribus.

平沙落雁

LVGD. BATAV.
Ex Offic. Elzeviriana.
cIↄ Iↄc XXXIX.

ILLVSTRI VIRO,
ADRIANO PAUW,
Domino in Heemſtede, Hogerſmilde, Riet-vvijck, Nieuvverkerck, &c. Conſiliario Comitatus Hollandiæ, Sacro ejuſdem ærario præfecto, & magnæ Societatis Indiæ Orientalis Aſſeſſori primario.

VIR Illuſtris, Nobiliſſimæ gentis., quæ per Aſiam longe lateq; exporrecta, ac per Europam omnem inter primas æſtimata, dominationis ſuę arcanis & prodigioſi ingenii operibus quaquaverſum celebratur, deſcriptionem, ſummi nominis tui auſpiciis uſurpatis, publico conſecramus. Debuimus id iſti populo, apud quē jacta illius artis ſunt fundamenta, cujus cultum pro virili, juvandę Reip. litterariæ, nos quoq; profitemur. Debuimus inprimis tibi, cujus prudentiam ſingularem ac conſilia ſaluberrima, difficilli-

TYPOGRAPHI
Lectori benevolo.

Regnorum & Rerumpublicarum deſcriptionibus, quas magna cura, ad tuam, Humaniſsime Lector, utilitatem ſimul & voluptatem antehac adornari curavimus, jam dudum optavimus etiam Aſiaticorum & cæterorum alicujus famæ regnorum deſcriptiones addere: verum eas nondum ſatis accurate elucubratas nacti, ſatius duximus expectationem tuam aliquandiu morari, quam fallere. Interea non penitus ceſſandum rati, Sinenſis Regni deſcriptionem hic vobis exhibemus,

NIC. TRIGAVTII
De
REGNO CHINÆ.
CAP. I.
Scriptionis hujus cauſa & modus.

NON raro evenit, ut ingentium expeditionum, rerumq; magnarum, quæ labentibus ſeculis aſſurrexere, primordia poſteri penitus ignorarint. Ejus rei cauſam non ſemel mecum ipſe inveſtigans, vix aliam deprehendi, quam rerum omnium initia (etiam earum quæ in immenſam deinde magnitudinem excreſcunt) in ortu ſuo, ita